

*tores capellae, sul magister sacri Palatii*, che dev'essere un Domeniano (queste ultime stampate da POGATSCHER presso STEINMANN 652), sul *procurator e advocatus fisci* (36-42).

[VI.] *De moribus curialium* (f. 42-46<sup>b</sup>). «... Monemus ut in posterum omnem a se malorum suorum lubricitatem repellant, scurras, histriones, ioculatores, lusores atque omne genus infamium personarum a domibus suis eiificant atque ita se familiamque suam reformat ut habitationes eorum religiosorum receptacula videantur. Si quis curialium concubinam seu focariam aut aliam quamcunque feminam de fornicatione suspectam tenere inventus fuerit, si semel admonitus per auditorem camere aut aliquem ex officialibus honestatis, quorum infra mentio fiet, illam non dimiserit, omnibus ecclesiasticis beneficiis atque officiis ipso facto privatus existat illaque libera tanquam vacantia impetrentur. Si quis de incontinentia suspectus circa quodcumque vitium carnis admonitus ut supra, non se correxerit, omnibus beneficiis et officiis ecclesie privetur et ulterius iis poenis subiiciatur quae contra tales statutae reperiuntur. Si quis cum scorto repertus in colloquio fuerit in sua vel aliena domo, in aureis viginti condemnetur quorum decima accusatori cedant et quarta soldano. Curiales qui firmata curia in certo loco per tabernas vinarias discurrunt et in illis comedunt aut bibunt, nisi pauperes fuerint domum aut propriam habitationem non habentes, auditoris camere arbitrio puniantur. Quicunque aut Deum aut sancto blasphemasse compertus fuerit, beneficiis atque officiis quibuscumque privetur, ecclesiasticis et aliis iuris poenis subiiciatur; laici pro delictis suis officia quae obtinent in Romana curia perdant. Quicunque curialis episcopo minor pre pecunia in taxillis ludere praesumpserit, in aureis viginti apostolicae camerae condemnetur, episcopus autem aut eo maior in aureis centum quarta parte accusatori servata et eius nomine occultato. Qui ferro ligno lapide aliquem percusserit, nisi defensionis causa id fecerit, pro qualitate puniatur excessus et exul fiat a curia. Si quis curialium cuiusvis status etiam si S. R. E. cardinalis fuerit, nuncios aut litteras miserit cuiquam in derogationem aut denigrationem Romanae curiae aut Romani pontificis vel sacri collegii cardinalium, ipso facto excommunicationem incurrat et tanquam proditor et maiestatis reus puniatur nec absvoli possit nisi a Romano praesule et tunc expressa causa cur [in] excommunicationem inciderit. Praeflati etiam si cardinales fuerint duobus annulis sint contenti quorum alter dignitatis insigne, alter signandis litteris idoneus; qui plures extra missarum solemnia gestaverit, excommunicationi subiaceat et tanquam vanus et iactabundus infamiae notam incurrat. . . ». Seguono prescrizioni di riforma circa l'abito dei curiali. Si inculca l'obbligo della residenza pei vescovi, si limita il numero dei loro servi e si regola il loro contegno esterno. Disposizione di misure preventive per assicurare l'elezione di degni vescovi — provvedimenti se-